Plonski Arenda

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransiensibus personaliter comparens Nobilis Barbara relicta olim Nobilis Alberti Plonski in Plonka Matyszki et Ecclesiastica Domina Advitalicialis sana mente et corpore existens palam et libere recognouit. Quia Nobili Maximiliano Plonski filio suo Ignoto et ips̃ posteris bona sua omnia mobilia et immobilia in haereditate Plonka Koscielna existen̄ iuri suo advitalicio subiecta cum aedificijs omnibus paruis et magnis areis hortis agris pratis campis sylvis seminatis hyemalibus et pro vernali semine tribus solanis hordei avenaē vna solanca ciceris quatuor solaneis tritici medium solaneā et pisarum medium solaneā mensurā Sokoloviensis circa ipsum ad seminandum relictis duobus bobus Cunalibus duabus vaccis tribus iuvencis vno poledro et cum subdito Laborioso Laurentio Staniuk in medio manso residente cum eius gaza horto fundo vxore pueris duobus eius bobus et alijs pecoribus totaq̃ substantia et supellectili domestica dierum laboribus cunctaq̃ obedientia et prout cum omnibus vtilitatibus et attinen̄ nullis exceptis hinc et ab actis prioris ad decursum vnius anni immediate se sequentis pro summa Quadraginta floren̄ polon̄ circa ipsum existen̄ quam in expeditionem bellicam in quantum ventura sit erogare et eiusdem erogationis calculationem facere ac restam vel totam si expeditio non fuerit eidem ad primam requisitionem soluere tenebitur arendauit et in arendam misit. Cui iam exnunc Introm̄em realem cum actuali ac pacā possessione per Ministerialem et fides duos officio acceptandam dat et admittit. Pacemq̃ tuitionem et Evictionem omnimodam occone praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae eiusmodi cauet sub vadio simili aliorum Quadraginta floren̄ polon̄. Et coram officio prioris peremptoria missione sine vlla dilone motione appellatione diffugio quouis ac Exceptione Et hic idem prior stans praefatus Maximilianus Plonski recognouit se eadem bona non alio modo nisi iure arendaē tenere et possidere et post expirationem arendaē eidem matri suaē cum seminatis et frumentis suprascriptis ac subdito pecoribus omnibus Cunalibus et subditi omnibusq̃ attinen̄ ita prout nunc recepit mittere et reddere debebit sub vadio simili aliorum Quadraginta floren̄ polon̄ Et coram officio prioris peremptoria missione omnibus in vniuersum iuris remedijs et defensis se et suos successores vti abscribendo et abrenunciando.